

*The Figures of some Antiquities; communicated by a
Member of the Royal Society.*

1. **A** Ring of Corinthian Brass with a Vizard of
Silenus in a *Sardonix*.
2. An Amulet of the Gnosticks cut in a Chalcedonian,
the names of certain Æones or Intelligences.
3. A *Tessera* of Chrystal having on one side XIII.
on the other IΔ.
4. A *Fortune* and a half *Diana* in an *Onyx*.
5. An Ancient Picture of the *Virgin* in a Chalcedo-
nian.
6. A *Cameus*, with a mixture of severall Gods.
7. An *Onyx*.
8. A Glais *Lachrymatory*.

*A Letter of Dr Lister's to Mr Ray, concerning
some particulars that might be added to the Or-
nithology.*

SIR,

IN answer to your kind Letter, I send you, what I
designed for you some years since, *viz.* an *Abstract*
of my Notes about *Birds*, which may be added to
yours and Mr. *Willughby's History of Birds*, if you think
fit; such as they are take them.

Fringilla montana major] *Sea Larks* nostris Aucu-
pibus appellantur. Sc. in Agro Eboracensi sæviente
Bruma sat copiose capiuntur.

Rubeculæ excrementa semper liquida sunt; etiam si
illa ovorum luteis duriter coctis victitet; intestinis Cæcis
D d d caret,

caret, aut ea valde exigua & inutilia habet. Muscarum autem cortices, & quæ ex id genus Victu facile coqui & eliquari in ventriculo non possunt; figura rotunda, pisorum in modum rejicit.

Morinellus Anglorum] Hæ Aves bis in anno loca paludosa relinquunt & se in campos montosos gregatim recipiunt: Sc. *Aprili* & *Augusto*.

Transmigrationis autem causa ex Victu petenda est. Nam tum temporis aves quoddam Cibi genus ibidem reperiendum appetunt; ut autem id certo scirem, plurimum Ventriculos dissecai, in quibus maximam partem Scarabæos quosdam minutos & nigricantes inveni; at inter alia & Costos & Cochleas Terrestris exiguas adverti.

Anserum ferorum 5 genera vulgo numerantur in agro Eboracensi. fatis frequentium (1) The little *Spanish Goose*, Sc. æque parvus ac *Brenta*, sed figura & colore quodammodo ad Anserem Domesticum accedens, ab Hispania denominatur. (2) The *Barnicle*, fatis cognitus. (3) The *Scotch Goose*, Sc. Vulgatissimus ferus, à Scotia ad nos, exeunte *Augusto*, adveniens, è quibus fere constant innumeri illi Greges qui in planis Campis (the *Woods* dictis) & alibi passim inveniuntur. (4) The *Whilk* Anser maximus niger, ineunte bruma primum adveniens; raro alibi quam in Pratis, pascuisque herba pascitur. (5) Anser Palustris noster, *Grey Lagg*, dictus; huic magnitudo Anseri Domestico subpar. Caput ex fusco nigricat, & ad medium Collum infuscatur; dorsum ex cinereo livescit; ipsæ autem Alæ, & earum remiges nigricant: Uropygium albescit, ejusque pennæ externæ albidæ sunt: Venter cinereus; is vero imus sensim fit niveus: Rostrum à Capite ad mediam fere partem nigrum, deinde subpurpureum, ipso ejus apice nigro; in superiore mandibulo non nisi unus denticulorum ordo, atque idem simplex ordo in inferiore; item huic lingua utrinque uno denticulorum ordine armatur. Pedes subpurpurei five Carnei coloris, ungues fere albidii, excepto medii digiti, qui ex
maiore

maiore parte nigricat. Pendet libras 7, & fere dimidium. In Paludibus Agri Eboracensis nidificant, ipsi & earum Pulli mense Majo pinguescunt, & in deliciis habentur.

Ad lanios ea Avicula referenda est, quam à Germanis *Silk-tail* vulgo appellari audio; harum unam aut alteram sclopeti glande transfixam, Eboraci, exeunte Januario Anni 1680 vidi. Sane perquam elegans Avicula est, magnitudine Turdum fere æquabat: huic in extremis Alarum pennis 4 aut 5 apices parvi coccinei nudi, Cornei, minime plumis vestiti; item in extrema cauda limbus latus, luteus instar corticis Citri, cætera maximam partem Lanium colore refert.

Hos lanios in Prusia frequentes esse ajunt Mercatores Austri.

Sir, I will not affirm the *Grey Lagg* to be different from the common *Wild Goose*: your Description and mine so well agree, save in the colour of the *Bill* and *Leggs*. The design of the *Lanius*, I can send you done from the Skin.

I am, Sir, Your most Humble

Servant M. LISTER.

I have since viewed the Bill of the Bird called Silk-Tail at Mr. Charltons, and find it to want the notches in the upper part of the Bill proper to the Lanius kind. It must therefore be removed, and put amongst the Jay's.

See Dr. Lister's Figure of the *Silk-Tail* Fig. 9th.